

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMAE, EPISTOLA, Galat. 4.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

DOMINICA QVARTA

tissimi, cesserant. Quis enim est qui condemnet, illo absolvente, qui vitæ & mortis habet imperium? Exhibet ergo hic Christus exemplum gratiæ, & misericordiæ, dum pronuntiata sententia condonationis iis, qui ex lege peccati merito damnantur: sed ita ut perpetuam ab iis requirat obedientiam mandatorum, dum ait, *Nec ego te condemnabo, vade in pace, & amplius noli peccare.* Neque enim satis est, semel iustificationem accepisse nisi magna cautione observent, ne acceptam gratiam perdant, in eadem impingendo. Necesse est enim eos, qui conversi sunt obsequi Spiritui sancto, bonis operibus inhaerendo, ut certam suam vocationem faciant.

DOMINICA QVARTA QVADRA.

GESIMAE, EPISTOLA,

Galat. 4.

Genes. 16.

Scriptum est enim, Quoniam Abraham duos filios habuit: Unum de ancilla, & unum de libera, &c. Finis Epistolæ: Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ: quia libertate Christus nos liberavit.



GIT Apostolus hac Epistola tria.

*Legis imper-
fectio data
per Moſen.*

1 Primò, Eleganter exprimit naturam legis terrenis sub ænigmate Agar, & Ismahelis, qui per allegoriam, qua aliud ex alio intelligitur, iuxta August. lib. 15. de Trinit. cap. 9. exprimunt legis per Moſen datæ imperfectionem: utpote propter transgressionemposita. Quemadmodum enim ancilla, & filius ancillæ nihil iuris in ipsam Abraham hereditatem sibi vindicare potuerunt: (Nam illa timore tantum, & spe temporalis mercedis serviens, dum procaciter Saram irridet, ex præcepto divino domo protruditur: & Ismahel qui illicito ludo Isaac illuſit, abiiciebatur ne eſſet hæres cum filio liberæ) ita & illos ostendit Apostolus, qui ſuis viribus ſe iuſtificari poſſe credunt, propriam iuſtitiam ſtatuerere volunt, & in lege iuſtificari præſumunt, à gratia excidiſſe, nec poſſe iuſtitia Chriſti ſubiici. Neque enim qui ex operibus, ſed qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abraham, Quicunque enim

ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Manifestum est enim, quia ex lege nemo iustificabitur apud Deum. Si enim data esset lex quæ posset vivificare, omnino ex lege esset hereditas. Abraham autem per repromissionem promisit Deus. Non enim Ismaheli, quem virtute feminis genuit Abraham, & iuxta naturam peperit mater, facta est promissio: siquidem, ut est *Aggæ* iuris, partus sequitur uterum: ut aliud nihil nisi servus esse possit, qui ex ancilla nascitur: nisi fortè Principis benevolentia hereditario iure donetur. Qua analogia pulchrè demonstrant Apostoli Iudæorum opinionem de carnali generatione, qua se iactabant filios Abraham, esse futilem & inane, atque adeò carnalem generationem ipsis non prodesse, nisi sequantur vestigia fidei, quod ut possent, solius esse gratiæ Dei, & naturam gratiæ adiuvantis, quæ vult intelligi sub nominibus Saræ, & Isaac. Ut enim Sara non virtute naturali, aut carnis, *Sara.* sed solius gratiæ beneficio, iuxta promissionem, quæ merè gratuita fuit, concepit, & peperit: ita & electi à Deo ab æterno, secundum propositum gratiæ, & in adoptionem filiorum, nullis operum meritis vocati sunt, (ipsa enim prædestinatio & vocatio omne meritum præcedunt humanum) ut gratia Dei cognoscatur: quæ si operibus redderetur, gratia non esset, Rom. 11. Ei enim qui operatur, merces imputatur, secundum debitum, non secundum gratiam, Rom. 4. Rectè igitur fides omnia merita præcedit humana. Nam intellectum, voluntatem, & rationem sola fides dirigit, quæ, *Fides omnia merita præcedit humana.* Augustino teste, prima datur, per quam cætera impetrantur: quæ rectè opera nuncupantur, Epistola 105. Atque hoc est, quod hac analogia docet Apostolus, promissionem Abraham & semini eius factam, non esse per legem, aut per naturam, sed per iustitiam fidei, quæ nullo merito paratur humano, sed sola Dei gratuita misericordia, quemadmodum quod Abraham contra spem in spem credidit, Deo peregrinationem præcipienti obediit, & filium in altari offerre paratus fuit, aliâque admiranda opera fecerit, singularem in ipso commendat gratiam Dei, & animi promptitudinem, per quam, Apostolo teste, iustificatus est, Iacob, 2.

Sara.

Fides omnia merita præcedit humana.

DOMINICA QUARTA

2. Secundò, Ostendit miseriam eorum, qui oblationibus, victimis, & sacrificiis, aliisque innumeris legis operibus, & præceptis iustificari voluerunt. Quanquam enim innumera essent præcepta, utpote secundum Rabinos 613. nimirum affirmatiua 248. negatiua 365. Nulla tamen eorum ad perfectum adducere quenquam potuerunt: quia omnia, ut Agar, in seruitutem generabant. Omnes enim, quibus lex dominabatur, sub maledicto legis erant constituti: siquidem euacuati erant à Christo, & à gratia exciderunt, qui per legem iustificari se posse confidunt: quando legis officium erat, dare peccati cognitionem, iram operari, transgressionem cohibere, ut non immeritò eam paedagogo comparat Apostolus, cò quòd ad perfectum neminem adduxerit, sed terrendo, & iubendo dura seruitute presserit, ea præcipiendo, quæ sine gratia impleri non possunt, hominibus suam imbecillitatem ostendendo, ut agnita infirmitate quærat redemptorem, qui in nobis perficiat quod impossibile est legi, scilicet, adimere spiritum seruitutis, & dare spiritum adoptionis: siue, ut loquitur Propheta Ezech. ca. 36. auferre cor lapideum, & dare cor carneum. Quò fit, ut lex quæ dura est cupiditati, lenis fiat amori, qui per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, Ro. 8.

*Fidelium
felicitas.*

3. Tertiò, Docet quanta sit felicitas fidelium, qui de libera per repromissionem renati sunt, non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, nimirum, per verbum Dei viui, & per fidem Iesu Christi. Est enim fides, quæ regenerat, ac filios Dei efficit, sed per verbum & elementum: Iuxta illud Galat. 3. Omnes vos filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu, qui dedit potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Tantam autem ostendit Apostolus hanc esse gratiam, ut suos eximat à seruitute legis Mosaicæ, peccati, diaboli, & corruptionis, ac transferat in veram libertatem, non carnis, qua seruiant concupiscentiis propriis: sed in libertatem spiritus, quæ nullo pacto iustis ac piis maiorum decretis repugnat, aut etiam magistratus Ecclesiastici, & ciuilibus constitutionibus, ut apertè docent scripturæ, ad Tit. 3.1. Petr. 2.

*Gratia Dei
quanta.*

*Hæretici
quod scriptis*

Rom. 13. quanquam hodie plures hæretici secus doceant: atque adeò vi & armis, quàm scripturis nequeant, demon-

strent. Paulus verò, quum docet nos nō esse filios ancil-
lae, sed liberae, significat nos verè esse ereptos de maledi-
cto legis, mortuos legi per corpus Christi, & translatos
nos esse in libertatem gloriæ filiorum Dei : eleganter
exprimens discrimen legis & Euangelij. Vti enim ancil-
la, ita & lex seruos genuit: atque vt Sara, ita & gratia E-
uangelij filios & heredes Dei per Spiritū sanctū produ-
xit. Merito ergo dignitatē suā agnoscere debēt fideles.

ria neque
demonstra-
re, vt & ar-
mis demon-
strans.

DOMINICA QVARTA QVADRAGE-
SIMAE, EVANGELIUM,

Iohannis 6.

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ quod
est Tiberiadis : & sequebatur eū multitudo ma-
gna, &c. Finis Euangelij : Quia hic est verè
Propheta, qui venturus est in mundum.

Math. 14.
Marc. 6.
Luc. 9.



COMPLECTITVR hoc Euāgeliū quinque.

Primò, Consolationem contra tentatio-
nem de victu, arte parandi vitæ necessaria,
& honestate vitæ. Manifesto siquidem e-
xemplo docet omnibus quærentibus Dei regnum, iu-
stitiam, gloriam, nunquam defore vitæ necessaria. Quan-
quam enim inter istos Christi scētores multi essent,
quibus dispar fuit sequēdi ratio. Nam alij ex curiosita-
te, vt, scilicet, viderent insolita: alij ex ignauia & socor-
dia, vt otiosi sollicitè viuerēt : alij verò maleuolo affe-
ctu, vt calūniandi occasionem nanciscerētur, sequeban-
tur. Quos tamen nō omnino deserit Christus, etli nolit
nos aut se aut suo verbo abuti ad carnis voluptates. Nō
enim Deus Pater proposuit filiū suum, vt sit carnalis, ac
terrenus tantū, sed vt sit spiritualis, & qui remissionem
peccatorū, & iustitiā largiatur. Potuisset quidē Christus
ineffabili sua potētia sustentare ipsos, vt olim Moysen, &
Eliā. Atqui vt doceret externa subsidia nō esse reiicien-
da, quando haberi possunt, ideo adhibuit, tum etiā vt
tam Apostolis, quā turbis perspecta fieret eius diuina
virtus. Neque verò statim succurrit, sed dissimulatione
quadam vitur, vt doceret Patris sui æterni cōsuetudi-
nē, qui solet quādoque surdus ad piorū preces videri, vt

Externas
subsidia non
sunt reiicien-
da.

*Dei operatio
magnus in
nobis fructus
parit.*

dilatione in afflicto excitet maiorem ardorem innocendi. Hæc autem Dei operatio magnus in nobis fructus parit, scilicet tolerantiam passionum, obedientiam eorum officiorum, quæ Deo & proximo debemus, & constantiam in oratione. Sunt autem studio Ecclesiæ obseruandæ cæremoniæ, quibus in hoc miraculo vtitur Christus: Plus enim in recessu continent, quam fronte promittunt. Quod enim Patri gratias agit, quod panes frangit, quod Apostolis distribuit, significat se eundem esse cum Patre, à quo omne donum descendit: atque adeo omnia beneficia ex summi Patris voluntate contingere, ac multiplicari gratiarum actione, ac fractione, quando, scilicet, in vsum pauperum partimur.

*Episcoporum
& aliorum
Pastorum
officium.*

2. Secundò, Exemplo Apostolorum docet Pastores, Concionatores, & Episcopos, quos, scilicet, Spiritus voluit regere Ecclesiam, quam acquisiuit Christus sanguine suo, Actor. 20. atque etiam prodesse aut præesse, 1. Cor. 4. vel spiritu mansuetudinis, vel virga supplicij, quomodo, scilicet, forma facti gregis ex animo etiã debeat ratione habere, nõ tantum sanæ doctrinæ, qua subditorum animi pascantur: sed etiã subsidiõ corporaliũ.

*Quare aurũ
habet Eccle-
sia.*

Idcirco enim, vt rectè monet Ambros. lib. 2. offic. cap. 28. aurum habet Ecclesia, non vt seruet, sed vt erogat & subueniat necessitatibus. Quanquam hic de ratione doctrinæ potissimum agatur, vt ea sit pura, sana, & Catholica, continens eum, qui secundum veritatem est, fidelem sermonem, ad Titum 1. qualem, scilicet, ipse à Christo Apostolis scripturis, & Ecclesiæ definitionibus, accepit: huic officiosi, vt oportuit, non defuissent, proò dolor, multi non tantas vires iam obtinuisent hæreses & schismata, quæ miserè Ecclesiam labefactant, sed miseretur aliquãdo Ecclesiæ suæ Christus, eaque eripiet è faucibus farum, latronum, & mercenariorum, substitutis veris pastoribus, qui famelicos pascant verbo &

*Fideles obtem-
perare debent
rectè monen-
tibus.*

exemplo Hieremiæ 3. si tamen quod ouium est præstet fideles, hoc est, obtemperent rectè imperantibus. Vt enim Christum misit Pater, vt esset Rex, & Sacerdos: ita ipse Apostolos misit cum plenitudine potestatis ligandi & soluendi: quos qui spreuerit, non hominem, sed

Deum spernit, 1. ad Theſſal. 4.

3. Tertio, Superfluitas fragmentorum demonſtrat bona per eleemoſynas erogata fidelibus augeri, multiplicari que. Licet enim ad miraculi confirmationem poſſimur iuſſerit Chriſtus fragmenta ſuperſeſſe, quia tamẽ omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio: altius paulo hic nos aſſurgere voluit, acque adeo, ſi allegoriã ſpectemus, inſinuare ſe vnicum eſſe animatum Paſtorem, qui ſcripturarum panem, quo ſaluantur animæ, nobis freget: dum, ſcilicet, aperit nobis ſenſum vt intelligamus eis, Luc 24. Vel ſi ethica magis placeat doſtrina, ſignificat, quæ ſit eleemoſynæ, non ex triſtitia, vel ex neceſſitate, ſed hilari corde, vt monet Apoſt. 2. ad Corint. 9. proficiſcentis energia, nimirum, eos, qui non ex raptu, aut illicitis eleemoſynas diſtribuunt, veram iuſtitiam conſequi, abundare in omne opus bonum. Si quidem Deus iſtis panem ad manducandum præſtat, multiplicat ſemẽ, & auget incrementa frugum iuſtitia, vt in omnibus locupletati abundant in omnem ſimplicitatem. Quod verò fragmenta apud Apoſtolos eſſe vult, non obſcurè quoque ſignificat Episcoporum, & eorum qui præſunt Eccleſiis eſſe munus, vt eleemoſynarum ſint diſpenſatores: & pauperum, egenorum, mendicorumque ita rationem habeant, vt ſciant eos quoque ad ſe pertinere.

4. Quarto, Dum colligi fragmenta iubet, prodigalitatem prohibet, & parſimoniam præcipit. Vult enim Deus nos reuerenter vt donis, quæ nobis concedit, ſcilicet, ad vſus vitæ neceſſarios, & ab ipſo ordinatos. Grauius contra hoc præceptum peccant, tum prodigi, qui illicitè profundunt, turpiter helluantur, aleis, ſcortationibus, comellationibus ſubſtitiam omnem abliguriunt: tum etiam auari, qui prætextu parſimonia argentum & aurum æruginẽ corrumpi ſiunt, Iacobi 5. Veſtes à tineis rodi patiuntur, imò genium ſuum defraudant miſerè. Solet enim ſubinde Deus hæc mala grauiffimè punire, dum patitur Reſpublicas, alioqui florentiſſimas, imò quandoque vrbes & regna, inopia, fame, & bellis exhauriri: ſiquidem plerumque luxus comes ſit egeſtas, vt auaritia & cupiditatis, miſeria & ſordes. Iſa. 5. Væ

Bona per eleemoſynas erogata fidelibus augetur.

Prodigalitas prohibita.

Parſimonia.

FERIA SECUNDA

qui confurgitis mane, &c. Siquidem scriptura teste, Ecclesiastici 14. Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia. Vide etiam Ecclesiastici 10.

5 Quinto, Quod facto miraculo fugit Christus, significat quantæ virtutis sit opes, diuitias & potetia fugere: non quod omnino mala sint. Sunt enim bona Dei dona, vt ostendit August. Epistola 89. Non enim est potestas nisi à Deo. Ro. 13. Atqui docere voluit Christus se à Patre non esse missum, vt armorum potentia, populi multitudine, vel Regio fastu politicam administratione gubernaret, vt etiamnum somniat cæci ludari: sed vt fieret victima & sacrificium, pro peccato, vt in cordibus fidelium dominaretur, fide, spe, & charitate, quibus perfecta consistit iustitia, & remissio peccatorum obtinetur per Christum, qui solus iustificat impium. Hæc enim longè sublimiora erant illis externis, quæ admirari solet mundus. Atque ad hæc vt se venisse demonstraret Christus, fugit in desertum: ipso facto demonstrans, quantum sit ambitio, superbia, & iactantia in re: Et factis cauenda: Ea est enim industria dæmonis, vt norit his artibus etiam optimas virtutes corrumpere. Quare hæc vitia semper omnibus piis sunt metuenda.

FERIA SECUNDA HEBDOMADA

QUARTAE QVADRAGE. EPIST. 3. REG. 3.

Tunc Venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem, steteruntque coram eo, &c. Finis Epistolæ: Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri, &c.

*Improbam
duarum me-
retricum con-
tentio.*



CONTINET hæc Epistola tria.

1 Primò, Improbam duarum meretricum contentionem infantis viui causâ. Quarum vna alterâ infanticidij accusat coram Rege Salomone, quæ admirabili sapientia iudicio acutissimo, & iustitia summa Deo præ cæteris terræ Regibus ornata, vt meritò in tā iuuenili ætate (12. enim tatum erat annorū) admiranda fuerit eius prudetia, vtpote humana industria parta, sed diuinitus concessa. Voluit enim hunc